
Ex-libris Havette

Regula occulte scribendi seu componendi Ciphará: ita q nemo litteras interpretari possit communis oibus.

Regula occulte scribendi seu componendi ciphara͂. ita q nemo litteras interpræ/tari possit co͂munis omnibus.

CVm pestilentiæ quæ in vrbe tunc vigebat vita͂dæ causa: venissem in agellu͂ que͂dam prope Tyberim. Illuc accessit amicus he/truscus. Inquit? cur ita solus / & tam ocio frui quæras. Solebas enim non modo le/gibus: verum etiam libris Marci Tulii aliorumq; lectitandis plurimum delectari. Quapropter te Iacobum Siluestrum tuoru͂ cognomine: nunc autem Sil/uestre͂ appellare mihi licet. Cui respo͂di. Vti malu͂ arbitra/ris no͂ semp ocium fuit: multis.n. pfuit. Haud mihi obesse id forsan poterit. Intermisso ioco. Incidimus in sermonem de veterum scribendi genere. Tum quide͂ cogitaba͂ q̄ ma/xime habendi fuere primi characteru͂ inuentores / qppe nil aliud sanctius ad beate viuendu͂ fuerit vnqua͂ repertu͂. Sub/inde ostensis sibi hetruscis litteris: neq; non merito ambo Tusci dolebamus: has litteras cu͂ lo͂ga vetustate tum nobi/litate puinciæ insignes: qbus romanos quoq; pueros eru/diri solitos Liuius testat̃ nulli adhuc cognitas esse. Inquit e͂t ille. Equide͂ censeo cuicu͂q; principi q solus eiusmodi sci ret litteras: id non ta͂tum vtillimu͂ sed ad sua͂ et regni futuru͂ nempe salute͂. Nam litteræ nr̃a presertim memoria mutato & co͂ficto charactere quę ciphara appellatur: non absq; ali/quo forsan co͂positę labore: quas eruditi & elabora͂tes sępi⁹ interpretant̃: nonnunq̄ e͂t deleto sigillo seu alieno vte͂do p/

sæpe legunt. Proptereaq; cōſilia & ſecretiora nulli ſeu pau/
cis: cum(de regni ſalute aut iactura agat) credēda: ab ini/
micis q forſitan aliter ea ſcire nequeant: longiſſimo quoq;
loco noſcunt ſæpiſſime. Ego aūt tunc reſpondi. Cauſarum
patrocinio dum vacare pmiſſum fuerat: iſta aliquando co/
gitans inueni nō difficilem/ cōmunem & cunctis aptā ſcri/
bendi normā. Ita q litteræ cuicūq; tabellario ſiue tranſeūti
ſecure tradi poſſent: & ab hoīe præter ſcribentē & eum cui
confidat pcul dubio intelligi nemine. Sed ne mendax ha/
bear niſi tibi dicere audeo: ac vereor haud tātum nō lauda/
ri: verum a multis q id quod ignorent aut iudicant impoſ/
ſibile aut vituperant irrideri: præſertim q potius de com/
ponendis libellis a me differendū. & ſi ſcirem ſcribendum
eſſe videat. Ille vero ait. Ne parū habendi aut laudandi ab
ineruditis cæteriſq; qui nulla habita ratione diuitiis incū/
bunt, ſuiſue paſſim indulgent voluptatibus te cura afficiat:
Huiuſcemodi valeant hoīes. Nec p labore ſperes mune/
ra: obiit Mœcenas. Tametſi gloria extat æterna. Neq; rē
hāc perq̄ vtilem ſcribere te pudeat. C. Cæſar elaborauit &
vſus. Nōnulla eiuſmodi ſcripſit Aulus gellius auctor pro/
batiſſimus. Scripſiſſe quoq; dicit Valerium probum do/
ctiſſimum virum? Et an humana putas ea quæ oībus ſiue
multis prodeſſe poſſunt occulta habere: nam quæ ſingulos
iuuant publice eſſe ędenda arbitror. His igitur verbis hor/
tatus ab amico docere huiſmodi regulā decreui. Illuſtriſſi/
mos vero principes: Sicut Artaxerxes perſarū rex ab agri/
cola inlotis manibus offerente aquam (etiam parua nō de/
ſpicienda arbitratus) benigne ſuſcepit: ne hoc munuſculū

aspernari velint rogo. Si quidem rem gratã & vtilem esse/
cero: mihi pfecto gratissimũ erit. Si secus vero. Sat erit mi/
hi, neq; turpia neq; molesta mea saltem mẽte: vt ensis faber
q non nocendi animo eum cõficit docuisse. Hoc tamẽ scri/
bendi genus si approbari sensero: quædã alia fortasse nõ mi
nus vtilia: cupienti illa scire me ostensurum polliceor.

Regula.

Omnes fere homines qualibet lingua scribentes: vsi fuerũt
vtunturq; structo vocalium & cõsonantium ordine: nomi/
nibusq; quorũ sunt casus & numeri. Ac verbis quorũ sunt
modi tẽpora personę & numeri. aduerbiisq; præpositioni/
bus & aliis partibus orõnis. A Egyptii vero figuris anima/
lium aliarũq; rerum loco litterarum: ne forsan eorum cõsi/
lia ab aliis noscerent: (cum eos primos inuenisse characte/
res aliq dixerint) vti consuere. Ipsorum instar dissimili ta/
men forma per notas: charactere græco viso pulcriori &
aptiori: cum accentibus nõ debito loco sed differentiæ cau
sa cõpositas: epistolã minime interpretandã semotis voca/
libus & cõsonantibus scribendam putaui. Ipsarum notarũ
decies centena milia breui ordine infra describentur. Ma/
iorique & infinito quoadmodo numero alias addendo line/
as quoq; cõfici possent. Pro singulis igitur noib⁹ eorũq; ca/
sibus & numeris ac verbis eorũq; temporibus modis per/
sonis & numeris cæterisq; ptibus orationis: ex eisdem notis
apponantur diuersæ vna vel plures.

Exemplum.

Litterę apud romanos semper inpraetio fuere.

ωβδ ϐ τεδ ϱ σαξ τ λογκδ

Notæ nominis casus & numeri/ωβδ/nota pręposit ionis ϐ/ notæ nominis casus & numeri τεδ /nota aduerbii/ ϱ / notæ præpositionis nominis casus & numeri / σαξ τ / notæ verbi modi temporis personæ & numeri/ λογκδ /has tamē notas posui potius simplices ꝑ clariori exēplo ꝑtermissis duplicibus & accētibus. Nec epistola interpretari poterit ex repetitis sepius casibus numeris modis temporibus & personis in orone vel epistola: Cum qui & quales sint ignorentur. E tsi etiā noscerent̃. ignoto nomine & verbo nihil intelligi poterit. Possent ēt plerunq; ꝑferri casus ommitti: cognito enī verbo ex genere verbi noscit̃ cuius casus sit nomē Positis tamen pro singulis pluribus notis tutius erit. In libello autem conficiendo siue charta aliqua inter vltro citroq; scribentes: perscribantur quæcunq; nomina verba & alia quæ veniant in mentem: vel optanda ex aliquo codice vocabulorū breuiter absq; præteritis & supinis magis cōmunia & aptiora ꝑ scribendo: & singulis apponant̃ huiusmodi notæ. Idem quoq; fieri poterit in aliquo cōmuni codice vocabulorū non tamen ordine alphabeti. Ac ēt in aliquo libro Ciceronis Vergilii vel aliorum & ēt diuini officii: notādo verba nomina & alia in eis scripta: paucis enim chartis necessaria pro scribendo reperientur. Pro faciliori vero modo poterit vti paucis notis: Silicet. quot nomina verba & alia sint descripta in pma linea folii seu folio libri. vt puta ducenta: tot illis apponant̃ notæ: quæ eædem repe/

tantur & replicent in qualibet alia linea seu folio. Ac singu læ lineæ vel folia notent aliis secretis notis: ex qbus cogno/ scatur inter scribentes qua linea vel folio sint descripta quæ nomina verba & alia: & notæ positę illa significantes. Et si expedierit aliquando fieri predictorũ cõmutatio tum litte/ ris tum nuncio ẽt rudi cõmittẽdo vnico verbo vt quę erãt positæ notæ in primo ponant in alio certiorabitur absens: vno.n. loco mutato cõmutata erunt reliqua omnia. Si qs vero velit scribere vt moris est vocalibus & cõsonantib⁹: ex his notis quot eligat cõfectis alphabetis vti poterit si ma gis conformes visæ fuerint: hoc notarum seruato ordine abreuiationibus græcis siue charactere hebraico caldeo siuę saraceno ẽt permixto aut figuris Arythimeticę hodię abaci aptioribus ex his ẽt compluribus conficiendis alphabetis vti poterit. Valebit ẽt sic confecta epistola & ex his cõplu/ ribus scriptis versibus veris & etiam falsis & vanis: notare quamlibet litteram syllabam dictionem & versum: quib⁹ notis quo situ & loco sint scriptæ inter scribẽtes cognosca/ tur: easq; notatas ex suis situ & loco remoueat & cõmisceat: cõmutando de primo in vltimum seu alios & ita ꝑmiscue diuisim litteram a syllaba & syllabam a dictione & dictio/ nem a versuq; nulla verba ex his confici posse videantur. Deinde ex cognitione secreta notarum littera syllaba & di ctio suis situ: & loco restituentur. Ignoro si hoc scribẽdi or/ dine vtebatur Cæsar in epistolis ad Oppiũ & Balbũ. Nã quoad mõ mirũ videtur absq; notis cõmutata loca memo/ rię habere absq; illis tutius esset & dificillima & fortasse im/ possibilis erit interpretatio pręsertim ob characterũ ex hu/

iuſmodi notis compoſitorum & notarũ ſub eadem forma compoſitionẽ longe difficillimã fieri poterit ſi epiſtola ſic confecta loricato ſurculo de quo ſcripſit Gellius qui etiam difficiliori modo intellectu q̃ aliqui hodie vtantur fieri forſan poſſet ſcribatur. Ex triplici.n.difficillimo modo impoſſibilis intellectũ quoad mõ interpretatio erit. Huius rei cõpoſitionẽ ſtudio ſi ingenio relinquo. Notæ fiunt loco numerorum per augumentum. Numeri figuris arythimeticę per multiplicationem fiunt. Qui non ſit illius penitus ignarus facillime intelliget. A numero nouenario addito denario conficiuntur aſcendendo & duplicando triplicando ac multiplicando numeri in infinitũ. Hic ponuntur tantũ notę quæ fieri poſſunt vſq; ad decies centena milia numerorũ per capita principalia videlicet. viginti triginta.&c. Centũ ducent tricent.&c.nam alii particulares numeri fiunt repetendo ab vno vſq; ad denarium & illo addito. Vſq; ad numerum uigenarium notæ erunt ſimplices ſiue ſingularię ab inde ſupra duplices triplices & quadruplices. fiunt ſemper multiplicãdo & repetẽdo. Poſſent etiã cõfici figuris arythimeticæ hodie abaci/ac aliis characteribus: vt puta hebrayco ſiue caldeo & ẽt latino.

Exemplum notarum.

α β γ δ ε ζ η θ ι κ λ
vnus duo tres q̃tuor qnque ſex ſeptẽ octo nouẽ decẽ vnde.

μ ν ξ ο π ρ σ
duodecĩ tredecĩ q̃tuordecĩ qndecĩ ſexdecĩ decẽſep decẽot.

τ υ φ χ ψ α β
decenoue vigĩti triginta q̃dragi. qnq̃gi. ſexagĩ. ſeptuagin.

γ δ ε ζ η θ ι κ

octagin. nonagí. centũ ducét tricét q̃dringé. qngé. sexcen.

λ μ ν ξ ο π ρ

septingé. octingé. nonigé. mille duomil trimil quatromil.

σ τ υ φ χ ψ ω

qnq̃mil sexmil sep mil octmil nouémil decémil vndecimi

α β γ δ

duodecimil. tredecímil. quatuordecímil. quindecímil.

ε ζ η θ

sexdecímil. decéseptémil. deceoctomil. decemnouémil.

ι κ λ μ

vigintimil. trigintamil. quadragintamil. qnq̃ginť.mil

ν ξ ο π

sexaginťmil. septuaginť.mil. octuaginť.mil. nonaginť.mi

ρ σ τ υ

centũmil. ducéť.mil. tricenť.mil. q̃dringenť.mil.

φ χ ψ ω

qngenť.mil. sexcenť.mil. septignť.mil. octingéť.mil.

α ε

nonigenť.mil. decies centena milia.

Hac tamen scribendi forma studiosi ét vti possent: Sicut ille qui depictam tabulam præ oculis, siue mente habens: complures alias perficit picturas. Et vt vulgaris sermo fa/cile erit inuentis addere, & quanto Iuniores tanto perspica/ciores esse solent.

hy